vant. Novit quoque ſua quodvis animal medicamenta: vivit ſuâ ſorte qvodvis contentum animal, & gaudet.

APHORISMUS XIIX.

Nunc ſigillatim, *per* Tractationem magis ſcientificam, *contemplando* Animalium *partim* ſubſtantiam, *cùm* ratione Materiæ, *qva* CORPUS *heic eſt* ORGANICUM, *Libris* de Animalium partibus harumq́; cauſſis *numerô IV. Libro item* de inceſſu Animalium *unico.*

EXEGESIS.

§. 1. Non immerito Libri hi Libros de Anima antecedunt. Antecedunt, inquam, *Libri de partibus Animalium earumq́; cauſsis deq́; inceſſu Animalium Liber* Libros de Anima: (1) quia partes principium eſſentiale animalis notius ſunt: (2) qvia cognitionem animæ quærendam adjuvant, ipſæque per Corpus organicum definiendæ: